

*losis, ad cippos a ripa magis recedentes, hic numerus remittit sine dubio ad cippum N. 5924<sup>c</sup>, in cuius latere sinistro idem numerus reperitur. Et aberat cippus N. 5924<sup>b</sup> a N. 5924<sup>c</sup>, cum repertus est, metr. 7, 06 (ped. Rom. 24 = metr. 7, 10), teste Marchettio Notizie l. c. p. 187. — 6) Idem numerus qui in antica cippi N. 5924<sup>a</sup>, cf. not. 3 (omittit hunc numerum Marchetti l. c. p. 84). — 7) Idem numerus, teste Huelsen, in postica proximi cippi superioris VI 51542<sup>s</sup>. — 8) Idem numerus in latere dextro cippi N. 5924<sup>b</sup>; cf. not. 5. — 9) Numerus antiquitus erasus (inscriptionem posticam om. Marchetti).*

**5924<sup>d</sup>** [imp. Caesar divi f. | Augustus] | pontif[ex maximus], | tribunici[a potest. XVII], | ex s. c. ter[minavit]. | Curatores riparum q[uo primi] | terminaverunt ex s. [c. rest.].

*Romae in ripa sinistra Tiberis infra pontem Fabricium, cippus loco antiquo rep. (VI 51542<sup>s</sup> = Bull. comunale 1894 p. 254 viderunt Vagliari et Huelsen).*

**5925** C. Vibius C. f. Rufus<sup>1</sup>, | Sex. Sotidius Sex. f. Strabo | Libuscid., | C. Calpetanus C. f. Statius Rufus<sup>2</sup>, | M. Claudius M. f. Marcellus<sup>3</sup>, | L. Visellius C. f. Varro<sup>4</sup> | curator. riparum et alvei Tiberis | ex s. c. termin.

*Romae rep. ad Tiberim e regione ecclesiae S. Iohannis Evangelistae (VI 1257 = 51544<sup>s</sup> descr. saec. XVI Accursius aliisque). Eiusdem inscriptionis alia duo exempla Romae prodierunt, sed fracta (VI 51544<sup>b</sup> c). — 1) Consul suspectus videtur suisse a. p. Chr. 16 (cf. Prosopogr. imp. R. III p. 424 n. 396). — 2) Idem infra N. 5939. — 3) Praetor a. p. Chr. 19 (fast. fratr. Arv.). — 4) Consul ord. a. 24 p. Chr.*

**5926** Paullus Fabius Persicus<sup>1</sup>, | C. Eggius Marull[us], | L. Sergius Paullus<sup>2</sup>, | C. Obellius Ru[fus], | L. Scribonius Libo<sup>3</sup> | curatore[s riparum] | et alv[ei] Tiberis] | ex auctoritate | Ti. Claudi Caesaris | Aug. Germanic[i] | principis s[ui]<sup>4</sup> | ripam cippis pos[itis] | terminaverunt a tr[ig]a[r]io<sup>5</sup> | ad pontem Agrippa[e]<sup>6</sup>.

*Romae rep. in ripa sinistra Tiberis prope S. Blasii della Pagnotta (VI 51545 vidit Huelsen; Notizie 1887 p. 525). — 1) Consul ord. a. p. Chr. 34, cf. supra N. 951. — 2) Fortasse is qui fuit proconsul Cypri, notus ex actis apostolorum. — 3) Fortasse filius L. Scribonii Libonis consulis a. p. Chr. 19. — 4) Cf. Mommsen Staatsr. 3, 1114 not. 1. — 5) Cf. supra N. 4637 (not. 2). — 6) De ruderibus huius pontis, a scriptorum nullo memorati, post Borsarium (Notizie l. c.) dixit Huelsen Roem. Mittl. 1889 p. 285, 1891 p. 155.*

**5927** ex auctoritate | imp. Caesaris Vespasiani | Aug. p. m., tr. p. IIII<sup>1</sup> | imp. X p. p., | cos. IIII desig. V censor<sup>1</sup>, | C. Calpetanus Rantius Quirinalis | Valerius Festus<sup>2</sup> curator riparum | et alvei Tiberis terminavit r. r. | (in altero ex.) prox. cipp. p. LIIIS — (in altero) prox. cipp. p. CLXXIII.

*Romae, duo ut videtur lapides, diversis locis ad ripam Tiberis rep. (VI 1258 = 51546 uteaque aliquoties descriptus saec. XVI, neuter tamen ab auctoribus optimae notae; versuum divisio in altero non nimis certa, in altero plane incerta est). — 1) Tribunicia potestate quartum Vespasianus fuit kal. Iul. 72/5, cos. IIII a. 72, cos. V a. 74, censuram suscepit anno 73 (cf. supra N. 247); videtur igitur*